



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

IV. Ne Prælati vices vel Ecclesias sub annuo censu cedant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

male ordinatos & ab ordine sic suscipi
& ab omni spe ac facultate ad ulterius
ascendendi suspendit. Clemens deus
VIII. ac hanc aliasque poenas mitigavit
atque ad juris communis terminos reduxit.

Anno 1595. cavet. *Privatio, Depositi*que, quæ
c. 11. b. 2. § cum habet, tum in beneficiis Ecclesiæ
c. 2. sup. de cis, tum in aliis officiis simoniace
confess. c. tratis. *Irregularitas*, quæ incum-
27. b. 1. propter excommunicationem & sub-
Wames. sionem præcedentem, nempe excom-
conf. 561. n. nicato aut suspenso divina faciente
8. b. 1. d. c. que hanc ulterius sequitur *Inhabilitas*
11. Covarr. non tantum ad beneficium simoniace
ad c. Pec- tentum, sed etiam ad alia quæcumque
catum p. 2. Denique *Restitutio* pretii accepti pro
§. 2. n. 6. spiritali, & fructuum omnium inter-
perceptorum ex beneficio simoniace ob-
tento, facienda Ecclesiæ, cui injuria facta.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesiæ sub
annuo censu cedant.

TIT. IV.

Tit. hic pendet a superiori, & ejus veluti
pars est, quia contrahitur etiam Simo-
nia, quando Prælati vices suas, id est
potestatem & jurisdictionem sibi com-
petentem vel Ecclesias sub certa aliqua
pensione aliis addicunt vel elocant.

1. Cur hoc prohibitum est Pralatis?

Quod Ecclesiastica Jurisdictio & potestas sit res spiritualis, quæ ut vendi, ita elocari aut aliter cedi, absque simonia non potest. Ita Parochus neque pro confessionibus audiendis neque pro Sacramentis administrandis alteri commutare aut delegare vices suas potest, ut neque conductitiis Presbyteriis concedere. Est & hæc prohibitionis ratio, quod hujusmodi res ad gravamen subditorum & subversionem judiciorum, redundare videtur, ex eo, quod concussionis materiam præbere videatur.

ca. Viden-
tes 1. qu. 3.
c. Ad no-
stram 21.
sup. de
Sim. c. 1. b.
Conc.
Trid. sess.
25. c. 11. d. c.
3. b. t.

Prohibitio hæc an etiam ad fructus Ecclesiarum vel beneficiorum extendenda?

Nequaquam, cum fructus cæteræque conventiones nullam rei spiritualis rationem habent, ac proinde licite cedi & locari possint. Non quidem ad longum tempus; quia saperet talis locatio quandam alienationem: sed olim quidem ad septennium, hodie ad triennium duntaxat.

c. ult. b. t. c.
Ambitiosæ
Dereb. Ec-
cles. non al.
in Extra
con. Conc.
Trid. Sess.
25. c. 11. Co-
var. 2.
Var. 6. 16.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.